um sollẽpnia colim⁹ eorũ etiā
virtutes imitemur

Da q̄s o̅ps deus ut q̄ btōr
mr̄in tuorũ gordiani et epy
machi sollẽpnia colim⁹ eorũ
apud te intercessionibȝ adiuuemur

De⁹ q̄ conspicis q̄ ex nulla
nr̄a virtute subsistim⁹ concede
ꝓpicius ut intercessiōe btī sixti
mr̄is tui et pontificis contra
adūsa muniamur

Deus q̄ nos btī saturnini
mr̄is tui concedis natalicio ꝑ
frui eius nobis tribue meritis
adiuuari
In tricenario
magno ꝓ familiaribȝ Ant

Veni sancte spiritus reple tuorum
corda fidelium et tui amoris in
eis ignem accende qui per diversi
tatem linguarum cunctarum gentes
in unitate fidei congregasti. Alleluia
Alleluia alleluia. Kyrieleison. Pater noster. Et ne.
Salvos fac servos tuos et ancil
las tuas Deus meus sperantes
in te. Esto eis domine turris
fortitudinis. A facie inimici. E
mitte spiritum tuum et creabuntur.
Et renovabis faciem terre. Dominus vobiscum.
Deus qui caritatis dona per
gratiam sancti spiritus tuorum cordibus
fidelium infudisti da famulis
et famulabus tuis pro quibus tuam

depcamur clementiam salutem
mentis et corporis ut te tota vir
tute diligant et que tibi placita
sunt tota dilectione pficiant
In col. Miserere v. Ostende nob
Omnipotens sempiterne deus qui solus
bona omissa integre et pfecte
restauras da michi queso in hac
sacra observatione quam in ec
clesia tua instituti voluisti omnium
bonorum operum merita que in toto
anno neglexi per virtutem tuam
michi restitui et perseverantiam in
operibus virtuosis ut cum defecerit
vita mea mortalis multipli
catis nunc meritorum tuo vultui

mereat̄ p̄ntari Cͬ unius *Pro*
O mp̄s sempiterne *infirmi*
deus salus eterna credentiū
exaudi nos p̄ infirma famula
tua p̄ qua mīe tue imploram⁹
auxiliū ut reddita sibi sani
tate gr̄ar t' in ecclīa tua re
ferat actiones ꝑ. *p in via directi*
Adesto dn̄e supplicationib; n̄
ris & viam famulor̄ tuor̄ in
salutis tue p̄speritate dispone ut
inter om̄s vie & vite hui⁹ vari
etates tuo semp̄ p̄tegant auxi
lio p xp̄m *Pro serenitate aeris*
Deus misereatur nr̄i Gl̄a pr̄i
kyriel' p̄r nr̄ Et ne ostende

nobis dn̄e miām tuā. ⁊ salu
tare tuū da nobis. Dn̄e exau
Admonitus qs dn̄e spales
nequitie repellantur ⁊ aeriar
discedat malignitas tempesta
tū. Ad te nos dn̄e clamantes
exaudi ⁊ aeris temperiē nob
tribue supplicantibz ut q̄ p pctīs
nr̄is iuste affligim' miā tua
pueniente clementiā sentia
mus p. Pro tribulatione psalm'
Exaudiat te dn̄s in die tribu.
Gla pri. kyriel' Et ne nos ⁊c'
Ostende nob dn̄e. Dn̄e ex
Deus qui contritor nō despicis
gemitū ⁊ merentiū nō spernis

affectum adesto precibus nostris quas
in tribulatione nostra et omnium fide
lium tuorum effundimus implorantes
ut eas clementer suscipias
tribuasque ut quod contra nos
diabolice atque humane moliuntur
adversitates ad nichilum redigas
et consilio tue pietatis allidas ut
nullis adversitatibus lesi sed erep
ti de omni de tribulatione et
angustia leti tibi in ecclesia tua
sancta gratias referamus per christum

LANDES-
ND STA
IBLIOTH
ÜSSELD

23.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF